



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

1. De Euangeliō Dominicæ. De dæmonio muto. Luc. 11.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

bis requiem indulget, sibi curas & angores reseruat! quanta pro nobis patiendi auditas! quanta eius, quod in oratione concluserat, exsequendi alacritas! Amor, ardor patiendi, & proposita in praxin redigendi.

---

Dominica III. Quadragesimæ.

3. Hebdom.

De dæmonio muto. Luc. II.

Quadragesimæ.

Matth. 12.

I.

I. Christus Dæmonium ex muto & cœco ejicit, calumniantibus id Pharisæis, at turbis admirantibus. Quanta miseria, non solum quoad corpus, sed etiam quoad animam, potestati diaboli sic in hominem saeuentis subiacere? Quād detestanda inuidia, quæ, instar araneæ dulcedinem floris in venenum vertentis, ex bono semper elicit malum? quam amanda candida simplicitas, quæ omnia in meliorem partem interpretas, ex malo etiam elicit bonū! Quanta gratia spiritualiter à diabolica Tyrānde liberari, quanto maior preservari, quā impertit

O 6

Chri-

Christus omni homini, quem lapsus  
in gratiam recipit, vel à lapsu præser-  
uat, cùm per quoduis lethale pecca-  
tum homo fiat diabo li seruus, cæcus  
ad videndam culpæ admissæ enormi-  
tatem, & ternaꝝ que damnationis cerui-  
ci suæ imminentis discrimen, mutus  
ad confitendum, Deumque laudan-  
dum! Gratitudo, compassio, fuga in-  
uidiæ.

II. Iesus videns cogitationes eorum,  
calumnias sibi impactas pluribus ra-  
tionibus refutat, quanta patientia,  
mansuetudine, zelogloriæ Patris &  
salutis eorundem, etiam calumniato-  
rum, ne in errore perseuerantes æter-  
num perirent! Mansuetudo in pro-  
prijs ferendis iniurijs, zelus honoris  
Dei, & animarum, in peccatoribus  
instruendis, arguendis, conuincen-  
dis.

III. Extollens vocem quadam mu-  
lier de turba dixit: *Beatus venter, qui te  
portauit, & ubera qua suxisti!* Quàm in-  
trepidè, excluso omni metu Iudeo-  
rum calumniantium d'uiro afflata  
spiritu gloriam Christi & benedictissi-  
mæ Matris eius, defendit! quanto  
zelo gloriæ eius, quanto merito, quâ-  
to fructu? quam gratum id Christo  
fuit, qui alijs omnibus relictis ad

vnām.

vnam illam se conuertit, dictum eius  
approbans, & beatam illam non ob-  
scure prædicens, dum ait: *Quin immo,  
beati, qui audiunt verbum Dei & custo-  
diunt illud*, inter quos, & tu censi  
mereris. Zelus gloriae Christi & B.  
Virginis propagandæ singularis, &  
constans, absque ullo respectu huma-  
no.

*De proditione Christi. Matth. 26.*

*Ioan. 18..*

II.

I. **C**hristus Dominus, licer torus:  
esset exhaustus sudore sangu-  
neo, ut dicere posset; *Sicut aqua effusus Psal. 21..*  
*sum, & dispersa sunt omnia issa mea:*  
præuidererque, se tota illa nocte, &  
postero die, absqueulla refocillatione  
tam varijs dirisque modis exagitan-  
dum, nihilominus intrepidè obuiam  
procedit sanguinario cætui satellitum  
& lictorum, quorum dux erat Iudas,  
vnum de duodecim, qui pro tesserâ de-  
derat illis osculum, alias pacis signum.  
Quanta cœcitas proditoris tam auda-  
cer festinantis ad tantum flagitium!  
Quanta charitas Saluatoris, tam ala-  
cter properantis ad tantum suppli-

O y cium!